DE
RESTITVTIONE
IN INTEGRVM
Minoribus alijsque priuilegiatis personis quandoque
Deneganda
TRACTATVS
D.D. HIERONYMI CALÀ
VIRI PATRICII I.C. NEAP.
Baronis Roseti Rotundæ Maris, Iurisdictionisque Castri fabalis perpetui Administratoris et Iudicis Maleficiorum M.C.V. Regni Neap.
Cui acceſſerunt tria ſingularia reſponſa, quibus Auctor in cauſis proprijs ſibimetipſe consuluit

Pallados auſpicijs, sed cui Cyllenius adſtat,
Et Duce Iuſtitia cuditur ecce liber.
Scilicet ut dicant qui noſtra uolumina uerſant,
Non bene cuncta regi, ni hæc trias una fuat.
Si deerit Sapientia, rerum deerit et uſus;
Improbus in caſſum decidet ille labor.
Hermatheneæ olim ſtatuam poſuere Pelaſgi;
Nequicquam, Aſtreæ ni sit et illa comes.

F. Pirchè P. — Carolus Seranno ... — Neapoli ex Typis Ægidij longo. 1673

Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino

D. ANTONIO PETRO ALVAREZ OSSORIO, GOMEZ, DE AVILA, ET TOLETO,

Aſturicæ, Veladæ, ac Sancti Romani Marchioni, Tranſtamaræ, & Collis Comiti, Comiti item ac Duci Villalupiæ, Ducique de Agujar, Commendatori Maiori in Manzanares Calatrauenſium Equitum Ordinis, Regiarum copiarum maiori Vexillifero, Legionenſis Eccleſię cum Potentiſſimo Rege noſtro Canonico, ab intimis eiuſdem Cubiculis, eiuſque Conſiliario Status, apud tres Pontifices Maximos olim Romæ Oratori, nùnc Regni huius Proregi, Locumtenenti, Generalique Præfecto.

Domino ſuo Clementiſſimo

D. HIERONYMVS CALÀ D. D. D.

VETVS inſtitutum, Princeps Excellentiſſime, iàm ab ipſis Beli ac Nini Regum temporibus ductum, & qua parte grati animi ſignificationem edit, omninò commendandum; vt Principum Virorum aliorumque etiam, qui de hominibus eſſent benemeriti imagines, atque ſtatuas, officijs deuincti Clientes ſuis in ædibus ſibi colendas haberent, odoreſq; ijs vt Diuis incenderent; ſeculorum curſu ad nos vſque productum viget adhùc, ſaniori quanquàm conſilio nonnihil immutatum. Nàm qui horum ſunt experti liberalitatem, & clementiam, cordati propemodùm omnes, acceptorum memores beneficiorum

neſi-

D. HIERONYMUS CALA
ÆTATIS SUÆ ANNORV XXXIX
Expreſsit Vultum pictor, Sed pingere mentem
Quis poterit? Virtus pingit at ipsa uirum

DE RESTITVTIONE IN INTEGRVM

Minoribus, alijſquè priuilegiatis perſonis quandoquè DENEGANDA.

TRACTATVS

D. D. HIERONYMI CALÀ VIRI PATRICII I.C. NEAP.

Baronis Roſeti, Rotundæ Maris, Iuriſdictioniſque Caſtri Fabalis perpetui Adminiſtratoris, & Iudicis maleficiorum M. C. V. Regni Neapolis.

Cui acceſſerunt tria ſingularia Reſponſa, quibus Author in cauſis proprijs ſibimetipſe conſuluit.

QVÆSTIO PRIMA.

An priuilegiatis ex cauſa læſionis in mutuo, ſemper competat reſtitutio.

ARGVMENTVM.

Credita pecunia, cuiuis priuilegiato omninò in illius commodum fuiſſe verſam, in iudicio probãdi neceſſitatem inducit: etiam ſi inter comminores contractum ſit, ſiue cauſa ludi, ſiuè mutui ſimplicis: ſin ſecùs reſtitutio in id denegatur; nõ ità ſi læſio enormis intercedat, aùt non nomeratæ pecuniæ exceptio obſtet; hæc enim minori, Eccleſijſque non currit. A Fiſco autem eiuſq; Theſau-

 rarijs,